



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Octuagesimum Nonum Priuilegium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

Octuagesimum Nonum Privilegium.



1 C E L E S I A gaudet priuilegio, † quod laici
 usurpantes iura Ecclesiastica veluti sacrilegi,
 per Ecclesiasticum compelluntur per uolentiam. Communitas Bononien. usurpat iuris-
 dictionem in quibusdam Castris, & vilis, tem-
 poralem, quae pleno iure pertinebat ad Bono-
 nienensi Ecclesiam. Et in eius possessione Ecclesia ipsa erat
 Episcopus D. Papæ conquæstus, unde mandauit, quod cum ini-
 quam sit, et quæ pro remedio peccatorum Ecclesiæ reiota,
 2 sunt, uel aliter iustè acquisita, humanis usibus applicari. † In-
 uasores ipsarum rerum, tanquam sacrilegi sunt excommuni-
 candi usque ad debitam satisfactionem. Vnde si constiterit ei
 de præmissis monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam
 appellatione remota, compellat inuasores prædictos ab huius-
 modi cessare, & de præteritis damnis, & iniuriis, satisfacere co-
 petenter, c. conquæstus de foro competen. Ratio quæ impellit
 3 ad ita decretandum, sicut hæc. † Nam ea quæ collata sunt Ec-
 clesiæ pro remedio peccatorum, aut alio modo iustè acquisita,
 aliis usibus non sunt applicanda. Et illarum rerum inuasores
 sunt anathemates usque ad satisfactionem. Ecclesiaigitur ha-
 bet hanc iurisdictionem, quod malefactores suos coram Iudi-
 ce Ecclesiastico cum sint sacrilegi, quod crimen est Ecclesiasti-
 4 cum, potest contenire. † Nam regula iuris est. Quod semel Deo
 dicatum est, amplius ad humanos usus applicari non debet. Et
 sciendum est, quod sacrilegium committitur in rebus non so-
 lum quando occupantur & usurpantur. Sed etiam quando Ec-
 clesia in eius bonis, seu possessione illorum bonorum molestia-
 tur, & turbatur. Et ita competit iurisdictionis Ecclesiæ contra laic-
 os ratione sacrilegii. Nec dum in vi expulsua, & ablatiuua,
 sed etiam in vi turbatiua. Potest ergo agi contra laicum in fo-
 ro Ecclesiastico, interdicto uti possidetis. Quoniam molestan-
 do laici sacrilegium committunt, cap. cum sit generale de foro
 competen. cap. licet de probat. † Quinimo, & detinentes ipsa
 bona Ecclesiæ sine violentia, contra tamen voluntatem Ec-
 clesiæ, dicuntur sacrilegi, cap. si quis principium 16. q. 7. Paru-
 enim interest quo ad Deum iniustè detinere, uel alienum in-
 uade-

6 uadere cap. s̄pē de rest. spol. + Nam ea quā collata, uel reli-
 gia sunt Ecclesiæ in dubio videntur data in remissionem pec-
 catorum. Et ita debent iudicari tāquam ad pias causas relictas
 quod aperte probatur in capitu. Pontifices 12. q. 3. Et in c. re-
 quisisti, de testam. Sed an isti tales sacrilegi sint excommunicati
 ipso iure? Et dicendum, quod non, sed quod uenient excom-
 municandi, per sententiam, donec satisfecerint, gl. in d. c. cap.
 7 conquæstus tenet. + Sacrilegium non esse ipso iure excommu-
 catum, sed excommunicandum. Quod an hoc sit simpliciter,
 Doc. uario modo dicunt obstat quod habetur in cap. Noa mi-
 nus de immunit. Eccles. Et 11. q. 3. cap. canonica capi. cum pro
 8 causa de sententia excommunicat. Aliqui dixerunt, quod + uio-
 latores Ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati, alii non, ut
 17. q. 4. c. Quisquis, alii dicunt incendiarios, & violatores ex-
 communicatos, alios non, Abb. & Pet. distinguunt. Aut sacrile-
 gium committitur in personam Ecclesiasticam, & tunc sacrile-
 gus est excommunicatus ipso iure, c. si quis suadente 17. q. 4.
 Aut in rem Ecclesiæ, & tunc excommunicandus. Aut in ipsam
 Ecclesiam. Tunc subdistinguitur. Aut cū incendio, & effractio-
 ne, & excommunicatus est. Vnde dari potest exemplum in eo
 qui fregit fores Ecclesiæ, uel in ipsa Ecclesia aliquē opprescit.
 De sententia excommunicationis cap. cum pro causa, & cap.
 conquæsti. Aut sine his, ut quia librum, uel calicem incautè di-
 missum ab ecclesia abstulit, tunc non est excommunicatus ip-
 so facto, argumento cap. si, de furt. excipitur. casus iu. cap. ge-
 nerali de elect. lib. 6. Vbi patet + quod occupantes custodiam
 sive guardiam Ecclesiarum vacantium, & bona ipsarum uacan-
 tiuum usurpantes. Nam ipso facto sunt excommunicati. Item ex-
 cipitur casus secundum Archidiaconum in capit. quia s̄pē de
 elect. lib. 6. & sequitur in laicis occupantibus, & usurpatibus si-
 bi bona Ecclesiarum uacantium, cap., de laicis. 12. q. 2. Consti-
 tutio nouiter edita duo requirit. Ut quis incurrat ipso facto in
 excommunicationem: Ut occupet custodiā, seu guardiam, &
 ipsa bona. Item in quantum excommunicatio est fori conten-
 tiosa, debet strictè intelligi nec. Inno. in c. cum tu de test. & idē
 nec. in c. ad audientiam de homicid. Causant igitur bona Eccle-
 siastica usurpare. Nam veluti sacrilegi per iudicem Ecclesiasti-
 cum de satisfactione compelluntur. Et donec satisfaciant
 sunt anathemati ueluti sacrilegi, quia talia bona collata, uel ac-
 quisita aliis usibus non sunt applicanda.

Gg 2 SVM-